



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tripartita Demonstratio, Worin Augenscheinlich wird  
vorgestellt/ Daß Die Stadt Hildesheim von Jhrem Anfang  
biß hiehin den Herren Bischöffen Als jhren  
Landts-Fürsten/ Gleich anderen Municipal-Städten ...**

**Hildesheim, A[nn]o 1691.**

Num. 76. Mundiburdium sive Protectorium Sancti Henrici Secundi  
Imperatoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38409**

*Mundiburdium sive Protectorium Sancti Henrici  
Secundi Imperatoris.*

**I**N Nōmine sanctæ & individuæ Trinitatis Henricus Divinâ favente,  
Clémentiâ Rex &c. Omnium fidelium Nostrorum industria noverit,  
qualiter, fidelis Noster, *Bernwardus Hildeneshemensis Ecclesie venerabilis  
Prasul* Celitudinem, nostram adiit miserabili conquestus querimoniâ  
eò quod peccatis id merentibus in loco superius memorato ab ante-  
cessoribus suis collecta, suo quoque ingenio maximè & decenter elabora-  
ta, cunctorumque ibidem voluminum scripta vorax ignis absorbit, in  
Cinerem namque cuncta redegit, unde præfatus ille Pontifex Regalem  
Nostram exoravit Clementiam, ut Monasterium prædictum super Ripâ  
fluvii Indistra constitutum sub tuitionem & mundiburdium reciperemus,  
ipsamque Parochiam Arnulphi Regis & Theodoricæ cæterorumque An-  
tecessorum nostrorum confirmatione ac defensione in Pago sive Provin-  
ciâ Aistfalâ his liminibus & terminis assignatam de loco, qui dicitur, &c.  
Quam petitionem quia justam esse cognovimus, neutiquam denegandam  
sed magis assensum, præbuimus, maximè quia perpetuæ felicitatis nostræ  
& Regiæ prosperitatis non parvum incrementum credimus, si Ecclesias  
& Ecclesiasticas Personas promovere, tueri & consolari non desistimus,  
tum quia Nos Nostrosque parentes in gremio ejusdem Ecclesiæ oriundos,  
& hucusque DEO cooperante sublimatos esse fatemur, unde non solum  
*Episcopum prædictum & Ecclesiam sibi commissam sub nostram defensionem & im-  
munitatis tuitionem recipimus, verum etiam ab Antecessoribus cæterisque  
fidelibus omnia eidem Ecclesie tradita, quovis locorum agnita sive detenta fuerint  
in prædiis, in mancipiis, silvis aut venationibus, aquis, aquarumve decursibus, in  
Abbatibus sive Comitatibus in vineis seu quibuslibet, appendiciis ritè ad hanc  
pertinentibus, quæsitis & acquirendis omnibus eidem loci Episcopo subesse, &  
PER OMNIA obedire Volumus & jubemus, si vero in expeditione aut in Pala-  
tium vel in aliud servitium nostrum iter arripuerit, quorumlibet hominum suorum  
cujuscunq; videantur personæ potestatem habeat, nec in alia profectioe quis eos  
presumere præsumat, nullusq; judex publicus seu judiciaria qualiscunq; persona in  
hoc sibi contradicere vel se molestare audeat, prædicta quippe Ecclesie concedimus,  
ut ejusdem sedis Clerici, Canonici & Ecclesiastici eligendi Episcopum dignè & con-  
venienter inter se sive aliunde cum consensu Regis liberam habeant ac propriam fa-  
cultatem, sed & si quæ ab Antecessoribus nostris cæterisque fidelibus sunt  
attributa sive amodo fuerint acquirenda pro animæ nostræ remedio, Re-  
gni quoque totius nobis Divinitus collati stabilitate, & pro conjuge pro-  
leq; Regia omni difficultate sepositâ pro pace perpetua consent, nec qui-  
libet in futurum irritare prævaleat, pactionem ceu præscriptam Sigilli  
Nostri impressione signavimus, & manus propriæ subscriptione confir-  
mavimus. Data indictione II. Anno Dominicæ Incarnationis Millefimo  
XIII. Anno vero Henrici Secundi XI. Werlæ feliciter.*

H. VI  
78

*Signum D. Henrici Rom.  
Regis invictissimi.*

LII

Guntherus Cancellarius Erimbaldi  
Archi - Capellani cognovit.